



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

4. An Pontifex suppleat defectum jurisdictionis ministrantibus  
Sacramentum cum opinione probabili? Et ex doctrina hujus quæstionis  
paret, quod qui solum habet titulum coloratum generatim peccare ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)



## 6. Tract. I. De Potestate Pontificis

Sup. his in  
Resolucio-  
nibus, & §§.  
not. præteri-  
ta.

Sacramentum? Ita Doctores relati; quin addit Sa-  
las 2. non solum posse, sed etiam teneri ministrum  
vitiata potestate, materia, vel forma, quoties ad-  
ministratio Sacramenti requiritur ad vitandum  
scandalum, vel periculum damnationis, vel aliud  
gravius inconveniens. Cum enim ob necessi-  
tatem liceat administratio Sacramenti dubij, tene-  
mur vique per tale Sacramentum indigenti provi-  
dere. Si quidem quoties sine dispendio possumus in-  
digenti succurrere, tenentur saltem ex charitate, seu  
misericordia. Consonat Zambranus *cap. 1. num. 4.*  
Hucusque Pater Lugo; cui adde Præpositum in 3.  
*part. quest. 66. art. 8. dub. 3. n. 90.* Et hanc sententiam  
docet Ioannes Sanchez in *select. disp. 44. num. 31.*  
& 32. vbi probat ministrum in supradictis casibus  
vel similibus, non solum posse, sed teneri, iuxta sen-  
tentiam minus probabilem, ministrare Sacramen-  
tum propter favorem recipientis, qui forsitan tali  
Sacramento saluabitur, vel evitabit magnum scan-  
dalum, sicut nocuentum.

Sup. hoc in  
tom. 1. tr. 1.  
Resol. 78. &  
vide etiam  
Resol. & §§.  
eius annot.

9. Non desinam tamen hic obiter adnotare, quod  
in supradictis casibus, si recipientes Sacramenta su-  
peruixerint, essent denud eis ministranda dicta Sa-  
cramenta sub conditione, quia per hoc animarum  
saluti providetur, nec vllum subest reiterationis pe-  
riculum, cum illud prosterat excludat apposita con-  
ditio. Ita de Baptismo definit Alexander II. *supra.*  
Leo Magnus *epistol. 35. alius 37.* reddens rationem,  
quam usurpat S. Thom. 3. *part. quest. 66. art. 9. ad 4.*  
quia non potest in reiterationis crimen venire, quod  
omnino factum esse nescitur, habetur *cap. cum ita-  
que 1. de consecrat. dist. 4.* consonant Gregorius II.  
*cap. parvulos 11. eadem dist.* Concilium Carthagi-  
nense V. *cap. 6.* & sexta Synodus *cap. 84.* habetur  
*cap. placuit eadem dist.* vbi ratio redditur, ne nollet  
scrupulus, seu trepidatio pueros faciat Sacramen-  
torum purgatione priuari. Consentunt Suárezius  
*tom. 3. disput. 22. sect. 1.* Valquez 3. *part. disput. 146.*  
*cap. 4. num. 19.* Henriquez *lib. 2. cap. 31. num. 2.*  
Zambranus *cap. 1. dub. 1. Sa. verb. Baptismus, num. 2.*  
& *verb. Sacramentum, num. 10.* quibus adde Præpo-  
situm in 3. *part. quest. 66. art. 8. dub. 3. num. 90.* Et  
tandem non desinam hic apponere verba Amici  
in *curso Theolog. tom. 7. disput. 11. sect. 2. num. 32.*  
quæ confirmant omnia à nobis superius dicta; vi-  
delicet posse Pontificem, stante probabilitate ali-  
cuius opinionis, præcipere, ut Sacramentum in ar-  
ticulo mortis in dubia materia ministraret; imò  
quod ad hoc omnes tenentur, & si recipiens Sa-  
cramentum superuixerit, illud denud sub condi-  
tione recipiendum est. Itaque Amicus sic asserit.  
Infertur non fore baptizatum, qui tantum in ve-  
stibus ablucetur, vel in solis partibus excrementi-  
tis, ut in capillis, unguibus: sed necessum esse, ut  
aliqua pars, aut membrum hominis aqua tingatur.  
An autem quamlibet, vel minimam partem ho-  
minis, exempli causa, digitum ablucere sufficiat ad  
validitatem Sacramenti? Affirmat Valquez *disp.*  
*245. cap. ultim.* Tum quia Innocentius IV. iubet,  
puerum in periculo mortis baptizandum esse, in  
quacumque parte minima corporis: non posset au-  
tem, etiam in necessitate in quacumque minimam  
parte corporis homo abluì, nisi quæcumque mini-  
ma pars abluta sufficiens esset ad Baptismus con-  
ficiendum. Tum, quia per quamlibet partem,  
etiam minimam ablutam, homo dicitur simpliciter  
ablutus.

10. Confirmatur: nam si probabile non esset,  
quamlibet minimam partem hominis ablucere, ad  
sacramentum Baptismi sufficere, non potuisset  
Pontifex præcipere, ut in ea parte puer in periculo  
mortis baptizaretur, cum neque in periculo mortis

licet Sacramentum ministrare, nisi quando saltem  
probabile est, illud valide conici posse. Vnde quia  
probabile non est, verum Sacramentum applicari  
posse puero in matris utero existentis, prohibet Pau-  
lus V. in *suo Rituali*, ne puero intra matris uterum  
existenti, ne in mortis quidem periculo, sacramen-  
tum Baptismi applicetur.

11. Negant, & quidem probabilius alij, quam-  
libet minimam partem ablutam hominis ad sacra-  
mentum Baptismi valide perficiendum sufficere.  
Fundamentum est: quia sicut quavis minima ab-  
lutio, non sufficit, ad denominandum hominem  
simpliciter ablutum; ita nec quavis minima pars  
hominis abluta sufficit ad Baptismi sacra-  
mentum.

12. Nec obstat, quod Pontifex in casu necessita-  
tis præcipiat, puerum esse in quavis minima parte  
corporis baptizandum: nam hoc tantum probat,  
oppositam sententiam non esse omnino improba-  
bilem, quod nos vitro fatemur, & cum omnibus  
asserimus, puerum in periculo mortis baptizan-  
dum esse in quavis corporis parte: si autem super-  
uixerit, iterum esse sub conditione baptizandum,  
quod ceteri etiam concedunt. Ita Amicus. Quæ,  
ut dixi, omnia contenta in hac resolutione con-  
firmant.

### RESOL. IV.

An Pontifex suppleat defectum iurisdictionis mi-  
nistrantibus Sacramentum cum opinione proba-  
bili?

Et ex doctrina huius questionis patet, eos, qui  
solum habent titulum coloratum, generatim pec-  
care usurpatione iudicij, quia quantum in ipsis est,  
usurpant potestatem, quam non habent. Ex p. 8.  
tract. 1. Resol. 93.

§. 1. **H**æc questio procedit in multis casibus,  
quando adfunt opiniones hinc inde circa  
iurisdictionem ministrandi aliquod Sacramentum,  
& est factis quotidiana, & vtilis in praxi: & negati-  
vam sententiam docet Ioannes Sancius in *selectis*  
*disp. 44. n. 10. & seq.* qui in sui favorem adducit glos-  
sam, &c. Igitur affirmat Sancius ministrum pecca-  
turum mortaliter, non solum contra charitatem, sed  
etiam contra iustitiam, quotiescumque habens iu-  
risdictionem sub opinione probabili Sacramentum  
ministrat, quin suscipionem moueat de incertitu-  
dine Sacramenti, ut possit alium ministrum habere  
contra charitatem suscipientis ministrare Sacra-  
mentum dubium, cum possit habere certum. Ex  
qua doctrina infert innumeros casus, in quibus mi-  
nister peccaturus est, si suscipientes Sacramentum  
non moneat de incertitudine, quales sunt, si Pa-  
rochus assistat matrimonio contrahentium in aliena  
Parochia, vel non Sacerdos? vel matrimonium  
per merum recrementalem contractum absque mi-  
nis. Item si obtemperat approbatione ab alio Ordini-  
natio, quam loci, in quo ministratur penitentia,  
auscultet confessiones; si præsentem proprio Sacer-  
dote simplex Sacerdos moriturum absoluat. In his  
omnibus casibus, & aliis similibus ab ipso relatis,  
affirmat ministrum peccaturum, & contra cha-  
ritatem & contra iustitiam. Solum excipit in  
sacramento Penitentia se posse excusare mini-  
strum; iurisdictione probabili utentem, si sus-  
cipiens Sacramentum confiteatur aliqua venialia  
simul cum mortalibus; cum enim circa venialia  
sit certum, & non sub opinione quemlibet Sacer-  
dotem

Sup. doctri-  
na huius  
quest. in  
tom. 8. tr. 1.  
Resol. 2. §. 2.  
post mediū,  
à vel. Et  
tandem & in  
Ref. 4. & 5.  
signanter §.  
Sed & in  
tom. 7. tr. 1.  
Resol. 2. §. 2.  
Ex  
his, vique in  
finem Ref.  
& in tom. 1.  
tr. 5. Ref. 56.  
§. 2. inter  
principium,  
& medium.  
verf. Nam si  
aliquæ, & in  
tom. 4. tr. 4.  
Ref. 48. §.  
8. ex lata do-  
ctrina Resol.  
19. §. Anado,  
à lin. 8. &  
verf. Vñ a-  
do.



doteri iurisdictionem habere, efficitur absolventem de peccatis venialibus, & gratiam conferentem, consequenter peccata mortalia remissum, ac proinde nullum emolumentum suscipiens, amittit ex facta confessione, quod ex alio quolibet Sacerdote obtinere possit.

2. Sed ego contrariam sententiam olim docui, & nunc iterum docco. Quia quando adest probabilitas opinio absolventi a reſervatis, a censuris, assistendi matrimonio, nullo morali periculo se exponit minister irritum efficiendi Sacramentum. Quia licet ex privilegio iurisdictionem non habeat, habet tamen ex tacito consensu Ecclesie, & ratihabitione de presenti supplente iurisdictionem, ne tot actus irriti sint, sicuti habet, qui ex errore vulgi, & titulo presumpto operaretur, ac proinde nullo periculo morali irritandi Sacramentum exponi. Et aduersus Sancium virgere possumus, quia illa via efficitur iurisdictionem Penitentia, si suscipiens confiteatur venialia, non est omnino certa. Nam

etiam quilibet Sacerdos habet circa venialia iurisdictionem (quod in sententia Salas 1. 2. *Nati. 8. diffus. unica, §. 10. num. 101. & §. 27. n. 286.* non est omnino certum) adhuc non est certum fieri Sacramentum, quia saepe dolor de peccatis a penitente adductus venialibus non obstat, quia non est ita purus, & perfectus: ergo in tali casu motus esset penitens; & cum hic casus semper contingat, semper debet esse monendus penitens. Præterea cum Confessarius ante factam confessionem nesciat quæ peccata sibi dicenda sunt, & an veniale aliquod, cuius dolorem habeat penitens manifestamus, teneatur sanè sepe penitentem monere de incertitudine Sacramenti: quod quidem esse graue onus ministris Sacramentorum imponere, & contra receptam, & communem sententiam.

3. Vnde non deferam pro nostra sententia adducere verba aliquorum Doctorum. Et in primis agmen ducat Pater Franciscus de Lugo *opus de Sacram. cap. 1. quest. 4. num. 49. & §. 50.* vbi ita asserit. Quoties opinio probabilis veratur circa illa, quæ Summus Pontifex in Sacramentorum administratione determinat, vt in matrimonio, quod sic, & non aliter celebratum valeat, in Sacramento Penitentia circa iurisdictionem Sacerdotum ad absoluentem, licet potest minister quamlibet opinionem probabilem ministrando sequi, cum in quolibet iurisdictione detur, & matrimonium validetur ex presumpsa, vel iudicia voluntate Pontificis, qui sicut supplet iurisdictionem habentis titulum coloratum, & iurisdictionem dumtaxat existimatam errore communi, iuxta leg. *Barbarus, ff. de offe. Prætoris*; sic etiam operantibus iuxta probabilem opinionem confert certam iurisdictionem, vt certum reddatur Sacramentum. Non enim minus potens est sapientium opinio, quam error vulgi ad inducendam iurisdictionem, & validandum actum. Ita Lugo.

4. Idem, ut citato, tenet nonisimè Ioannes Machadus in *discursu pract. de probabil. opin. art. 5. num. 7.* ante tom. 1. de perfecto Confessario, vbi sic ait: *El primer principio es, que todas las veces, que en materia de Sacramentos, censuras, votos, y otras qualesquiera materias, cuya eficiencia, y valor pende tambien de la voluntad, y disposicion del Pontifice; sabiendo el (lo qual nunca se presume que ignora) que en ellas ay variedad de opiniones, si distimula, y no las contradice ex visio, y justamente se: refirme, que tiene voluntad, y intencion de suprir en ellas la iurisdiction, y eficiencia necessaria, si a caso, a parte rei, les fallasse; pues el permitir las opiniones, y tenerlas*

por bien, se equi para al mandato, segun doctrina comun de casi todos.

5. El segundo principio es, que a un caso en que, que quiescamos confessam, que est Pontifice in una noticia de las opiniones probables, que ay acerca de las materias, que penden de su voluntad, y disposicion (lo qual como hemos dicho es totalmente increíble) con todo esto se ha de presumir, y tener por cierto, que todas las veces, que huviere opinion probable en razon de su valor, les da y comunica la iurisdiction, y ser necessario; porque de otra manera, como dize el P. Lugo de la Cruz, en el lugar citado, num. 2. fuera el gouerno de la Iglesia, y Pontifice muy defectuoso en esta parte, no socorriendo de remedio en una cosa tan necessitada del. Como es suprir la iurisdiction necessaria en todas las dudas, que se ofrecen acerca de las confesiones, matrimonios, censuras, votos, y todas las demas materias, cuya eficiencia, y valor penden como hemos dicho de su voluntad, y disposicion; porque de otro modo se seguiria, que por se nullas tantas confesiones por falta de iurisdiction, y las demas materias, que hemos dicho; sustarian grandes inconvenientes en daño, y decremento de las almas de los Fieles. Hac Machadus.

6. Sed audiamus Lessium *lib. 2. cap. 29. dub. n. 68.* vbi sic ait. Adde non solum errorem commune, sed etiam probabilium Doctorum opinionem efficeret, vt Ecclesia det iurisdictionem, etiam si forte opinio illa sit falsa, vt docet Henricus *lib. 2. de Penit. cap. 14. num. 3. & 4.* & optimè Sancius *supra. num. 65.* vt si probabile sit talem posse absolueret a reſervatis, vel censuris, assistere matrimonio, excommunicare, eligere Confessorem, privilegium non esse reuocatum, & similia: & ille ex hac opinione operetur, validum erit. Ecclesia supplente defectum, si forte subit, cum enim licitum sit operari ex opinione probabili, si omnia illa essent irrita, grauissima incommoda sequerentur. Imò, vt ait Panormitanus in *cap. nihil. 44. de electione*, quem refert, & sequitur Rosella *verb. Confessor 3. in fine, & Siluester verb. Confessor, 1. quest. 19. Sancius num. 56.* & saepe indicat Henricus, valent acta, etiam si populus dubitet, an superior sit officio priuatus. Et ratio est, quia, cum ante fuerit habitus superior, non debent propter dubium superueniens cum reuocari, cum in officio perseveret. In dubio enim nemo est suo iure spoliandus; quia melior est conditio possidentis.

7. Ex his patet, etsi illi, qui solum habent titulum coloratum, possit generatim dici peccare vsurpatione iudicij, quia quantum in ipsis est, vsurpant potestatem, quam non habent; non tamen sententia illorum est irrita, quia dum hoc attemptant, Ecclesia iurisdictionem extraordinarie propter bonum commune, in ipso actu suppeditat. Ita Lessius; & ante illum Sanchez *de Matr. lib. 3. disp. 2. num. 2.* quibus adde ex Iuriconsultis doctissimum, & amicissimum Ioannem Solorzanum *de Indiarum iure tom. 1. lib. 3. cap. 2. num. 39.*

8. Et idem stante supradicta sententia insert Huradus *de penit. disp. 10. diffic. 6.* & alij, quod, quando quis iuxta opinionem probabilem absoluit a peccatis reſervatis, vel quando approbatus in alio Episcopatu eligitur in Confessarium, valide absoluit. Et idem Elcobar in *Tocol. mor. tract. 7. exam. 4. cap. 7. num. 37.* sic ait: Penitens vnum tantum peccatum confitetur, quod reſervatum esse videtur: at Confessarius probabiliter credit non esse reſervatum, valet absolutio? Valere crediderim cum Lessio; quia probabilis Doctorum opinio facit, vt Ecclesia impendat Confessario iurisdictionem. Ita ille; cui tandem adde Machadum *de perfecto Confessi-*

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Refol. 4. §. 2. per totum, & signanter ad medium, & in Ref. §. 5. Sed audiamus, post medium, a vers. infra per, & in tom. 7. tr. 1. Ref. §. 5. Vnde, inter medium, & finem, vers. Non solum, & in tom. 1. tr. 3. Ref. §. 6. §. 2. ad medium, vers. Adde, & cursum in alio §. vers. illorum anno-tationum.

Et pro contento in hoc §. Ex his lege doctrina, §. 1. Ref. seq. & vide alias Refol. & §. eius primæ nor.

Sup. hoc lege supra Ref. assignatas in annot. §. 3. audiamus, huius Ref.



## 8. Tract. I. de Potestate Pontificis

tom. 1. lib. 1. part. 2. tract. 1. document. 9. num. 1. sic assententi, *Obispo Cura, & Confessor, y quocunque ordo simple Sacerdotis que en alguna officio se hallare, yndoso de si tiene jurisdiccion necessaria, ordinaria, o delegada para absolver al penitente, si en su favor alcanza a tener opinion probable, de quo lo puede hazer aconsejan comumente los Doctores que no dud. en absolverle con mucha seguridad, y sin temor alguno de peccado: ni del valor del Sacramento, porque es opinion comun de infinitos Autores, que quando el Confessor absuelve, movido con opinion probable en su favor, aunque ella en si, id est a parte rei, no fuese cierta, lo es la absolucion, porque como ellos doctissimamente defienden la Iglesia entonces suple la jurisdiccion necessaria. Hecille.*

### RESOL. V.

*An Pontifex suppleat iurisdictionem in ministracione Sacramentorum, stante errore communi, absque titulo colorato?*

*Et quid est dicendum in casu, quo adest error communis, & titulus coloratus?*

*Et inter alia, quae ex doctrina superioris quaestionis deducuntur, tandem asseritur, an sit falsum, quod si in Pontificem eligeretur scemina Communis circa sexum concurrente errore, valeant per eam velut Pontificem facta? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 94.*

Sup. contecto in hoc §. lege §. Ex his patet, Relol. praeterita, & figuranter in tom. 1. tr. 3. Ref. 20. §. 1. & in alit §. 5. dicta Refol. confirmati- bus. Vel e- tra venenit- bus eius do- ctinam, & ibi in tr. 4. Ref. 52. §. pe- nult. a me- dio, a veri- Sacerdos.

**S**upplere Pontificem in ministracione Sacramentorum iurisdictionem, quando adest error communis, & titulus coloratus, docent Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez de *Matrimon. tom. 1. lib. 3. disp. 22. n. 49.* quibus ego addo Solorzanum de *Indiarum iure, tom. 2. lib. 2. cap. 4. num. 75.* VVanchium de *iure Pontificio, tom. 1. quasi. 97. num. 7.* Boffium de *Matrim. cap. 4. §. 35. num. 96.* Gonzalez in *reg. 8. Cancell. gloss. 55. §. 1. n. 179.* Fagundez *part. 2. Ecclesiast. lib. 7. cap. 2. n. 26.* Gutierrez de *Matrim. cap. 62. num. 26.* Filisucium *tom. 1. tract. 10. cap. 6. num. 295.* Lessium *lib. 2. cap. 29. dub. 8. num. 67.* Trullench. in *Bull. Cruc. lib. 2. §. 7. cap. 1. dub. 13. n. 7.* Thefaurum in *praxi de penis. p. 1. cap. 6.* Ludouicum a Cruce in *Bull. Cruc. disp. 1. cap. 2. dub. 3. n. 3.* Villalobos in *summa, tom. 1. tract. 9. diff. 46. per totam, & alios penes ipsos.*

Sed difficultas est (attendas quaeso amice Lector) quid dicendum in casu quo adest tantum error communis, absque titulo colorato. Et affirmatiuam sententiam docuit lumen fulgentissimum in clytiae Academiae Salmanticensis, Basilius Pontius, quem postea sequutus est Ioannes Sancius, quos ego citauit in *part. 1. tract. 2. Miscellan. resol. 45.* At, ut verum fatear, communis sententia est in contrarium; & ideo sic asserit Cardinalis Lugo de *Iustit. tom. 2. disp. 37. sect. 3. num. 23.* Carterum recedendum non est in re tanti ponderis a communi sententia, maxime cum ex opposita sequantur multa inconuenientia, & fortasse maiora, & in praxi durissima. Sequitur enim, quod si aliquis malitiose se Legatum Papae fingat, & ostendat Bullas falsas in testimonium suae potestatis, eo ipso istius acta futura sint valida in utroque foro, sicut si esset verus Legatus Papae. Item haeretici, qui se Episcopos fingant, & potestate illa ficta decipiunt rudes, & rusticos, non minorem habebunt potestatem iurisdictionis circa illos, quam si veri essent Episcopi, dum adest error communis; haec quidem durissima sunt, & conduceretur ad fouendos

nequissimos simulatores in suis fraudibus. Merito ergo requiritur ad valorem gestorum per iudicem falso exultimatum, quod habeat titulum coloratum; hoc est saltem apparentem, qui sit a legitimo superiore. Ratio autem differentiae inter utrumque casum ea videtur esse, quod in nostro casu Respublica, seu Ecclesia, aut potestas superior est, quae proponit populo illum iudicem, vel ministrum, & eo ipso tacite hortatur populum ad illum recipiendum; idcirco superior, quicumque ille sit, ne videtur cooperari deceptioni, & detrimento populi, supplet defectus occultos quantum satis est, ut populus non patiat ex illo vitio occulto. Quando autem aliquis ex sua malitia est intrusus sine titulo superioris, tunc superior nullo modo illum proponit populo, nec cooperatur detrimento, quod sequitur, sed ipse intrusus est causa adaequata illius deceptioni: non ergo mirum, quod tunc superior non suppleat defectus, maxime ex illa benignitate nascerentur alia maiora fortasse inconuenientia supra insinuata. Ita Lugo.

3. Sed his non obstantibus, inuenio sententiam magni Basilij Pontij antea docuissent nostrum Molfelum in *summa, tom. 1. tract. 7. cap. 13. num. 21.* & nouissime praeter Sancium docere etiam Cutilium in *addit. ad praet. 4. Mancini, dub. 29.* & me citato, Bordonum in *Consil. Regul. tom. 1. resol. 36. quasi. 14. num. 50.* nostrum P. Delbene *tract. de Comitiis, dub. 4. subsect. 32. corol. 2. num. 1.* & 3. Leandrum de *Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 11. quasi. 102.* & me citato, tanquam probabilem admittit Caspensis in *curf. Theolog. tom. 2. tract. 24. disp. 5. sect. 6. num. 52.* ex his fundamentis. Primo probat, quia negari non potest iurisdictionem acquiri praescriptione, ut colligitur ex *cap. duo simul, &c. cum contingat, & ibi gloss. & Pannonitanus, & Rota decis. 2. in nouiss. de praescript.* ergo iurisdictione non semper habetur ex superiore legitimo. Secundo, quia iurisdictione etiam acquiritur consuetudine, ut multis citatis docet Sayrus *lib. 1. de censur. cap. 6.* Ex quo inferit, quamuis non Sacerdos existimatus Sacerdos inualide absoluat, tamen Sacerdos existimatus Parochus, & intrusus, verè absoluit, & confert reliqua Sacramenta: alia certe magna perturbatio sequeretur, si omnia sacramenta Matrimonij & confessionis ab his ministrata fuissent inualida. Nec obstat eandem perturbationem sequi, si Parochus sine intentione ministrasset, & tamen certum est sacramenta Confessionis, & Baptismi, & alia in eo casu non fuisse valida. Nam responderetur; esse longe diuersam rationem, quia intentio in Sacramentis iure diuino requiritur: at iure humano iurisdictioni applicatur materia, ac proinde ius facit quod potest ad euitandam rerum perturbationem, & ita censetur in his casibus iurisdictionem contulisse, vel materiam applicasse. Bordonus verò, *ubi supra*, asserit, hanc sententiam non esse fundatam in *leg. Barbarius*; sed in prouisa pietate Ecclesiae, quae saluti fidelium intendit subuenire.

4. Sed non deferam hic apponere verba sapientissimi Francisci Syluij sacrae Theologiae primarij Professoris in celebri Academia Quacena, qui in *part. 1. resol. variar. verb. Matrimonium* §. 1. sic ait: Dices, ad hoc ut gesta per sacerdotem, qui ex communi aestimatione, & errore est Parochus putatiuus, valeant, ipse debet habere titulum; cum verò non habet Sacerdos, qui, ut dictum est, assumitur à Colonello, vel Capitano militum. Responderetur in primis quod iuxta Henriquez Sanchez,